

Lichenes Bellendenici

a cl. F. M. Bailey, Government Botanist, ad Bellenden
Ker Australiae orientalis lecti et sub numeris citatis missi,
quos exponit

Dr. J. Müller (Müll. Arg.).

Trib. **Collemeae** Körb. Par. p. 408.

1. *Physma byrsinum* v. *amphiurum* Müll. Arg.; *Collema amphiurum* Nyl. Prodr. Lich. Nov. Caledon. p. 2, Syn. Lich. Nov. Caled. p. 4; sporae saepius, non semper una v. utraque extremitate subulato-acuminatae. — On Granite Creek: Bailey n. 559.
2. *Leptogium chloromelum* Nyl. Syn. p. 128: B. n. 588, ad cortices, ut omnes sequentes ubi aliter non statuitur.
3. *Leptogium bullatulum* Müll. Arg.; thallus parvus et membranaceus ut in simili *L. diaphano* Nyl., adprossus, laciniae crenatae, margine adscendentes et crispae, imo margine non dissectulae, integrae et hinc inde crebre ciliatae, caeterum superficie laeves aut sublaeves, subpellucidae; apothecia $1\frac{1}{2}$ —2 mm lata, incrassato-marginata, juniora illa *Leptogii bullati* Nyl. bene simulantia; margo obsolete gibberosus, subinde concentrice plicato-inaequalis, semper prominens; discus rubellus; sporae circ. $32\ \mu$ longae et $16\ \mu$ latae, rhombo-ellipsoideae, sat copiose parenchymatice divisae. — Structura epidermidis ut in affinibus, cellularum series unica. — Inter *L. bullatum* Nyl. et *L. foliare* Krplb. inserendum est. — Corticola: Bailey n. 555.
4. *Leptogium tremelloides* v. *azureum* Nyl. Syn. p. 135: B. n. 560.

Trib. **Sphaerophoreae** Fries Lich. Europ. p. 403.

5. *Sphaerophoron compressum* Ach. Meth. p. 135; ad truncos muscosos: B. n. 561 (ster.).

Trib. **Cladonieae** Müll. Arg. Lich. Genève p. 22.

6. *Clathrina aggregata* Müll. Arg. L. B. n. 589; ad terram: B. n. 550 (ster.).
7. *Cladonia rangiformis* v. *sorediophora* Wainio Monogr. Clad. p. 368; ad terram: B. n. 570 (ster.).
8. *Cladonia fimbriata* v. *pulverulenta* Müll. Arg. L. B. n. 818; ad terram: B. n. 562 (ster.).
9. *Stereocaulon proximum* v. *nudatum* Müll. Arg. Lich. Beitr. n. 1002; ad terram: B. n. 569.

- Trib. **Heterodeae**; **Heterodei** Nyl. Fueg. Patag. p. 30.
10. *Heterodea* Mülleri Nyl. Syn. Lich. Nov. Caledon. p. 9; ad truncos: B. n. 571 (ster.).
- Trib. **Ramalineae** Müll. Arg. in Bot. of Socotra p. 350.
11. *Ramalina gracilis* Nyl. Syn. p. 296; Recogn. Ramal. p. 17; *R. exiguella* Stirt. Addit. Lich. Queensland p. 3: B. n. 606 pr. p.
 12. *Ramalina leiodea*; *R. subfraxinea* v. *leiodea* Nyl. Recogn. Ram. p. 43: B. n. 606, pr. p.
- Trib. **Parmeliaceae** Müll. Arg. Lich. Genève p. 31.
13. *Sticta demutabilis* Krph. Lich. Südseeins. p. 6; B. n. 577.
 14. *Sticta Karstenii* Müll. Arg. L. B. n. 313; B. n. 568.
— v. *linearis* Müll. Arg. L. B. n. 1007; B. n. 574, 585.
 15. *Sticta dichotomoides* Nyl. Syn. p. 355; B. n. 563.
 16. *Sticta Sayeri* Müll. Arg. L. B. n. 1244; proxime affinis est. *St. carpolomoidi* Nyl. subtus autem pallida et brevius et pallide vestita aut demum nuda, ambitu et divisione eximie variabilis, non raro margine repetitoprolifera. — B. n. 584.
 17. *Stictina argyracea* Nyl. f. *isidiosa*; *Sticta argyracea* v. *sorediifera* Del. Stict. p. 92; B. n. 572 (ster.).
 18. *Stictina impressula* Müll. Arg. L. B. n. 1242; apothecia juniora crasse marginata sunt et species a *St. Junghuhniana* Müll. Arg. non nisi pseudocyphellis minoribus et laciniiis paullo minutius et crebrius impressopunctatis differt. — B. n. 575.
— — v. *sublaevis* Müll. Arg.; thallus supra parce impresso-punctatus, hinc inde omnino laevis et ad margines laciniarum hinc inde copiose dissecto-lacinuligerus. — B. n. 575 (cum planta normali speciei mixta).
 19. *Stictina fragillima* v. *dissecta* Müll. Arg. L. B. n. 562. — B. n. 578.
— — v. *linearis* Müll. Arg. L. B. n. 1243. — B. n. 576.
 20. *Stictina punctillaris* Müll. Arg.; quasi medium tenens inter *St. cinnamomeam* (Rich.) et *St. fragillimam* Nyl., quam illa rigidior et laciniae angustiores et convexae, quam posterior brevius et confertius ramosa, subtus non costata, et dein ab ambabus simul in eo recedens quod crassior et supra hinc inde punctulis exiguis adspersa et insuper puncticulato aspera. His punctulis etiam ad *St. argyraceam* Nyl. nonnihil accedit, sed haec punctula sunt pluries minora et habitus ut in *St. fragillima* Nyl., exceptis ambitu abbreviato laciniarum et colore obscuriore. — Ad Whelman Pools: B. n. 567.

21. *Stictina brevipes* Müll. Arg. L. B. n. 398; ad terram: B. n. 565, 566.
22. *Stictina cyphellulata* Müll. Arg. L. B. n. 396; B. n. 577 pr. p., 573.
23. *Physcia picta* f. *isidiophora* Nyl. Lich. Kurz. Calcutta n. 5; B. n. 536.
Trib. **Pyxineae** Müll. Arg. in Bot. of Socotra p. 356.
24. *Pyxine Cocoës* v. *endoxantha* Müll. Arg. L. B. n. 415. — B. n. 604.
25. *Pyxine retirugella* Nyl. Lich. exot. Bourb. p. 240. — B. n. 589.
Trib. **Pannarieae** Körb. Syst. p. 105.
26. *Coccocarpia pellita* v. *smaragdina* Müll. Arg. n. 421. — B. n. 551.
— — v. *isidiophylla* Müll. Arg. L. B. n. 421. — B. n. 586 pr. p. (ster.).
27. *Pannaria fulvescens* Nyl. En. gén. p. 109. — B. n. 536 pr. p. (ster.).
28. *Pannaria mariana* (Fr.) Müll. Arg. L. B. n. 1159. — B. n. 554.
Trib. **Lecanoreae** Müll. Arg. in Bot. of Socotra p. 359.
29. *Lecanora subfusca* v. *subgranulata* Nyl. Syn. Lich. Nov. Caledon. p. 26. — B. n. 582 pr. p.
30. *Pertusaria leiotera* Müll. Arg. L. B. n. 725. — B. n. 605.
Trib. **Lecideae** Müll. Arg. Lich. Genève p. 50.
31. *Lecidea* (sect. *Biatorella*) *haematina* Müll. Arg.; thallus flavescens-albus, tenuissimus, granuloso-pulveraceus, demum evanescens; apothecia $\frac{1}{2}$ mm lata et minora, plana, tenuiter obtuse marginata, margo integer, disco plano nudo et sanguineo-fusco subpallidior et leviter prominens; epithecium et hypothecium pulchre vinoso-sanguinea; paraphyses tenello-capillares, facile liberae; asci clavati, myriospori; sporae $1\frac{1}{2}$ μ tantum diametro aequantes, globosae. — Species perbene distincta, juxta proximam sed omnino aliter coloratam *L. conspersam* Fée locanda. — Ad pedem montis Bellenden Ker.: B. n. 600.
32. *Lecidea* (sect. *Biatora*) *leptoloma* Müll. Arg. L. B. n. 347. — B. n. 531 pr. p.
33. *Lecidea* (s. *Lecidella*) *Angolensis* Müll. Arg. Lich. Afric. occid. n. 21. — *Saxicola*, B. n. 603.
34. *Patellaria* (s. *Bilimbia*) *triseptata* (Hepp) Müll. Arg. Lich. Miyosh. p. 127; *Lecidea triseptata* Hepp in Zolling. System. Verz. p. 5; ad terram: B. n. 552.

35. *Patellaria* (s. *Bilimbia*) *leucoblephara* (Nyl.) Müll. Arg. L. B. n. 277. — B. n. 553.
36. *Patellaria* (s. *Bombyliospora*) *domingensis* (Sprgl.) Pers. Act. Wett. ex Ach. Syn. p. 336. — B. n. 551.
37. *Buellia modesta* (Krphl.) Müll. Arg. L. B. n. 362. — B. n. 605.
Trib. **Coenogonieae** Müll. Arg. Lich. Paraguay. p. 18.
38. *Coenogonium Linkii* Ehrenb. in Hor. phys. berol. p. 120. — B. n. 537.
Trib. **Thelotremaeae** Müll. Arg. Graphid. Fécan. p. 5.
39. *Leptotrema diffractum* Müll. Arg.; thallus glauco-albidus, crassiusculus, primum continuus et laevis, dein grosse irregulariter diffractus, areolae inaequales et irregulares, truncato-planae et laeves, minute polycarpicae; apothecia innata, subglobosa, $\frac{1}{6}$ mm lata, extus ostiolo depresso — concavo cinereo — nigricante tantum $\frac{1}{10}$ mm lato (haud annulo prominente aut discolore cincto) indicata; perithecium tenue cum epithecio obfuscatum; sporae (fuscae) 16—18 μ longae et 6—7 μ latae, ellipsoideo-fusiformes, 6-loculares, loculi intermedii semel longitersum divisi. — Thallus insigniter diffractus. Apothecia fere ut in *L. glaucescente* et *L. punctato* Müll. Arg., sporaes autem magis quam in illo divisae et cum apotheciis minores quam in posteriore. — Ramulicola: B. n. 527.
40. *Thelotrema argenteum* Müll. Arg.; thallus glauco-argenteus, tenuis, effusus, laevissimus, continuus, demum rimuloso-fissus, fissurae albae; apothecia immersa, prominentia thallina fere obsoleta, truncata, laevi aut ulcerato-pulveracea, thallo albiore et leviter concava, centro ostiolum nigro-punctiforme gerente praedita, intus $\frac{1}{3}$ mm lata; perithecium praeter partem ostiolarem nigram hyalinum; sporaes (hyalinae) 16—18 μ longae, 11—14 μ latae, late ellipsoideae, utrinque rotundato-obtusae, e 4-loculari parenchymatosae, locelli in series 4 irregulares dispositi, in quaque serie 2—3. — Species insignis, habitu ad *Th. porinoides* Montg. et van den Bosch accedens, sed sporis eximie ab eo distans. Thallus cum apotheciis copiosis bene colorem Thalerorum leviter impurorum imitat. — Ad ligna decorticata in summitate montis Bellenden Ker; B. n. 547.
41. *Ocellularia diffractella* Müll. Arg.; thallus glaucescenti-albidus, mediocris, e primitivo continuo et laevi extus mox irregulariter grosse depresso-glebosus; gle-

bulae depressae, subgibbosae et concaviusculae, superficie laevigatae, demum tenuiter rimulosae, basi thallino-cohaerentes; apothecia omnino immersa v. prominentia nano-hemisphaerica praedita, intus $\frac{1}{2}$ mm lata, ostiolum ob perithecium nigrum et columnulam centralem alte evolutam nigrum, $\frac{1}{5}$ — $\frac{1}{8}$ mm latum: sporae 8-nae, hyalinae, 15—20 μ longae, 6—8 μ latae, fusiformes, 6-loculares. — Prope americanam *Ocellulariam comparabilem*, sc. *Thelotrema comparabile* Krph. Lich. Glaz. p. 31, et *O. depressam* Müll. Arg. L. B. n. 1038 locanda est. Species thallo insignita est. — B. n. 556.

42. *Ocellularia Baileyi* Müll. Arg.; thallus glauco-albidus, tenuis, continuus, laevis et nitidulus v. demum paullo inaequalis; apothecia innata et vix prominula, demum nano-conica et rigidula, ostiolum e punctiformi demum $\frac{3}{10}$ — $\frac{5}{10}$ mm latum, subintegrum, intus albidum, fundus albus; perithecium intus undique anguste nigro-fuscum, basi autem in columnulam axilem late truncatam et strato albo crasso tectam evolutum, inferne $\frac{1}{3}$ mm latum; sporae 8-nae (hyalinae), circ. 35—40 μ longae et 8—10 μ latae, ovoideo-fusiformes, 8—10-loculares. — Nulli nisi *O. cavatae* (Ach.) Müll. Arg. affinis est, a qua recedit apotheciis majoribus, rigidis et basi magis sensim late in thallum abeuntibus et apice demum multo latius apertis, fundo albo. — B. n. 590.

43. *Ocellularia goniosoma* Müll. Arg.; thallus glauco-olivaceus, tenuissimus, demum extus tenuiter depresso-glebosus, glebulis basi thallino-junctis; apothecia demum hemisphaerico-emersa, circ. 1 mm lata, dorso gibboso-inaequalia, vertice haud depressa; ostiolum $\frac{2}{10}$ — $\frac{7}{10}$ mm latum, vulgo acute 3—4-gonum v. subinde rimula transversali aperiens et acutum, in fundo semper nigrum; thalamium inferne 1 mm latum; perithecium interius superne tantum nigro-fuscum, sub hymenio annulari deficiens; columnula centralis intense fusco-nigra, nana, crassa, demum late perspicua; sporae biseriatim 8-nae, (hyalinae), 28—33 μ longae, 7—8 μ latae, utrinque rotundato-obtusae, 6—8-loculares. — Prope *Ocellulariam leucotyliam*, sc. *Thelotrema leucotylum* Nyl. Lich. Andam. p. 7 locanda est, ubi sporae multo minores et minus devisae et fundus alius. — B. n. 545.

44. *Ocellularia xantholeuca* Müll. Arg.; thallus flavescens v. e flavescente glauco-albus, tenuis, nonnihil irregulariter gleboso-inaequalis; apothecia semiemergentia, circ. $\frac{5}{10}$ — $\frac{7}{10}$ mm lata; protuberantiae thallinae nanae, crassae, rigidae, vertice ostiolo e rotundo-punctiforme

leviter substellatim dehiscente demum urceolari-angulari et obsolete fisso terminatae; fundus ostioli niger; perithecium interius superne nigro-fuscum, basi sub lamina annulari nullum, centro in columnulam nigram evolutum; sporae 8-nae (hyalinae), 32—38 μ longae et 8—9 μ latae, fusiformes, (8-) 9—12-loculares. — Habitu quasi *O. Baileyi* male evoluta, sed thallus subflavicans, haud laevigatus, apothecia minora et minus emersa, aliter aperientia, fundus haud albus et sporae vulgo magis divisae. Affinis est *O. emersae* Müll. Arg. — B. n. 533.

Trib. **Graphideae** Müll. Arg. Graph. Fécan. p. 4 et 13.

45. *Phaeographina* (s. *Eleutheroloma*) *caesiopruinosa* Müll. Arg. Graph. Fécan. p. 49. — B. n. 548 pr. p. (male evoluta, sporae tamen visae).
46. *Phaeographina* (s. *Chrooloma*) *chrysentera* (Montg.) Müll. Arg.; *Graphis chrysenteron* Montg. in Ann. Sc. nat. II. v. 18 p. 39. — B. n. 548, 591 (sine spor.), 589 pr. p.
47. *Phaeographina* (s. *Chrooloma*) *contexta* Müll. Arg. in Bot. of Socotra p. 379. — B. n. 587 (jun., sine sporis).
48. *Graphina* (s. *Platygraphina*) *simulans*; *Graphis simulans* Leight. Lich. Ceyl. p. 177. — B. n. 587 pr. p. (sine spor.)
49. *Graphina* (s. *Medusulina*) *egenella* Müll. Arg.; thallus pallido-argillaceus, tenuissimus, hypophloeodes, evanescens, circa lirellas tumidus et albescens et in muculam crassulam confluens; lirellae perexiguae, graciles, lineares, subsimplices, erumpentes, lateraliter thallino-tectae, omnino immersae; discus $\frac{1}{20}$ — $\frac{1}{10}$ mm latus, subcarneus et nudus; perithecium superne fulvescenti-pallidum, caeterum indistinctum; sporae in ascis biseriatim 8-nae (hyalinae), 12—14 μ longae, 6 $\frac{1}{2}$ —8 μ latae, ellipsoideae, utrinque late obtusae, 4-loculares, loculi saepius 2-locellati. — Habitu ad *Graphinam nitidam* (Eschw.) Müll. Arg., cui pertinet *Graphis egena* Nyl. Lich. Boliv. p. 228, accedit, sed sporae multo minores et minus divisae sunt. — B. n. 531. pr. p.
50. *Graphis* (s. *Aulacogramma*) *rimulosa* v. *pulverulenta*; *Graphis striatula* v. *pulverulenta* Nyl. Lich. Mex. Fred. Müll. n. 80. — B. n. 549 pr. p.
51. *Graphis* (s. *Aulacographa*) *duplicata* Ach. Syn. p. 81; *Opegrapha condaminea* Fée Ess. p. 30. t. 9. Fig. 1. — B. n. 596.

52. *Graphis* (s. *Solenographa*) *assimilis* Nyl. Prodr. Lich. Gall. et Alger. p. 150 adn. — B. n. 592.
53. *Graphis* (s. *Eugraphis*) *Sayeri* Müll. Arg. L. B. n. 1186 — B. n. 580.
54. *Graphis* (s. *Fissurina*) *albo-nitens* Müll. Arg.; thallus albus, nigro-limitatus, tenuissimus, laevigatus et nitens; lirellae erumpentes, exiguae, obsolete emergentes, lineares, lateraliter thallo tectae, subsimplices, in sectione basi latiore circ. $\frac{4}{10}$ mm latae; discus fuscidulus, parum perspicuus; perithecium fuscum, tenue, basi undique deficiens; lamina in sectione truncato-conica; asci 8-spori; sporae imbricatim uniseriales (hyalinae), 10—11 μ longae et 5—6 μ latae, 4-loculares. — Prope *Gr. lacteam* (Fée) Nyl. locanda est. A dissimili *Gr. pertenella* Stirt. jam thallo absolute alio et sporis minoribus differt. — B. n. 582.
55. *Arthonia gregaria* v. *adspersa* Müll. Arg. L. B. n. 1492. — B. n. 531, 534, 582 (omnes pr. p.).
— — v. *purpurea*; *Conioluma coccineum* v. *purpureum* Eschw. Bras. p. 170. — B. n. 531 pr. p., 534 pr. p.
56. *Arthonia subgyrosa* Nyl. Lich. Kurz. Bengal. p. 72. — B. n. 582 pr. p.
57. *Arthonia leptospora* Müll. Arg.; thallus olivaceo-albidus, tenuissimus, laevis; gonidiorum catenae ad articulationes constrictae, articuli rhomboideo-elliptici; apothecia sicca et madefacta extus intusque nigra, circ. $\frac{3}{10}$ mm lata, obsolete obtuse astroideo-lobata v. orbicularia et oblonga, recta et curvata, margine destituta; asci globoso-pyriformes, apice pachydermei; sporae 8-nae, hyalinae, 12—14 μ longae, $2\frac{1}{2}$ — $3\frac{1}{2}$ μ latae, digitiformes, subaequaliter (3-) 4—5-loculares. — Habitu ad *A. Thozetianam* Müll. Arg. accedit, sed apothecia madefacta non pallentia, haud marginata et sporae ambitu graciliores et magis divisae sunt. Locum habeat juxta *A. miserulam* Nyl. in Prodr. Nov. Gran. 1 p. 106. — Mulgrave River: B. n. 531 (mixta c. *Arthonia gregaria* v. *adspersa*).
58. *Opegrapha interveniens* Müll. Arg.; thallus hypophloeodes, cum epidermide corticis maculam fusciscenti-pallidam formans, zonula nigra cinctus; apothecia nigra, superficiali adpressa, nana, basi non constricta, undique nuda, $\frac{2}{10}$ mm lata, longitudine latitudinem semel-sexies sequantia, recta, simplicia, rarius et bifurcata; labia arcte conniventi-clausa v. subinde apice rimulam parum concavam angustam formantia; perithecium basi completo-nigrum; asci oblongati, 8-spori; sporae 23—25 μ

- longae, 4—6 μ latae, digitiformi-fusiformes, (6-) 8-loculares, loculi aequilongi. — Sat medium tenens inter *Op. subvulgatam* Nyl. et *Op. Bonplandi* Fée v. *abbreviatam*; sporae ut in priore, sed minores et lirellae arctius clausae et paullo validiores sunt ut in posteriore et in *Op. prosodea* Ach. — B. n. 581 pr. p.
59. *Sarcographa labyrinthica* Müll. Arg. L. B. n. 1100; *Glyphis labyrinthica* Ach. Syn. p. 107. — B. n. 591, 598.
60. *Glyphis favulosa* Ach. v. *intermedia* Müll. Arg. Graphid. Fécan. p. 61. — B. n. 531, 549 pr. p., 558.
— — v. *depauperata* Müll. Arg.; verrucae minores, $\frac{1}{3}$ — $1\frac{1}{3}$ mm latae, prominentes, basi constrictae, albidulae, apotheciis abbreviatis densis tantum 1—10 ornatae. — Sporae cum iis speciei conveniunt. — B. n. 548 pr. p.
61. *Glyphis cribrosa* Fée Mém. Lich. Glyph. p. 36. t. 3. f. 1. — B. n. 549 pr. p., 594.
Trib. **Dichonemeae** Müll. Arg. Lich. Paraguay. p. 18.
62. *Dichonema sericeum* Montg. in Bél. Voy. Ind. p. 155. t. 14. — B. n. 541 (ster.).
63. *Dichonema irpicinum* Nyl. Lich. exot. Polynes. p. 240. — B. n. 542, 586 (ster.).
Trib. **Pyrenuleae** Müll. Arg. Pyrenocarp. Cubens. p. 375.
64. *Parmentaria Baileyana* Müll. Arg.; thallus flavescenti-albidus, tenuis, cartilagineo-laevis; stromata rudimentaria, oligocarpica, 2 mm lata; apothecia in quoque stromate 1—4, saepius 2—3, fere horizontalia, tota longitudine semiemersa, pyriformia, strato thallino tenui obtegente impure nigra, praeter centrum inter se discreta; ostiolum commune minute mamillare, subconcolor; paraphyses capillares et liberae; asci 8-spори; sporae (fuscae) 28—34 μ longae et 13—16 μ latae, oblongo-ellipsoideae, 10-loculares, loculi 3—4-locellati. — Est Lichen insignis prope *P. astroideam* Fée et *P. pyrenastroidem* (Ch. Knight) Müll. Arg. locandus. Stromata saepius depauperata, imo monocarpica occurrunt; tritetracarpicorum apothecia regulariter centro confluent, dicarpicorum sunt opposita aut oblique centro confluentia. Ab omnibus notis in eo statim recedit quod apothecia de supra visa longicollo-pyriformia apparent. — B. n. 543 pr. p.
65. *Bathelium chrysocarpum* Müll. Arg.; thallus flavescenti-pallidus, tenuissimus, cartilagineus, leviter

- rugulosus; stromata $1\frac{1}{4}$ mm lata, hemisphaerica, basi non constricta, ochraceo-subaurea, obsolete rugulosa, apice ostiolo nigro vulgo solitario haud emergente praedita, monocarpica v. rarius dicarpica; perithecium nigrum, crassum; asci 8-spori; sporae (hyalinae) circ. $120\ \mu$ longae et $28\ \mu$ latae, fusiformes, utramque extremitatem versus sensim obtuse angustatae, circ. 20-loculares, loculi plurilocellati. — Habitu ad *B. Cumingii* Trev. accedit, sed melius juxta *B. purpurinum* Müll. Arg. Lich. Afric. occid. n. 53 locandum est. — B. n. 540.
66. *Trypethelium tropicum* Müll. Arg. Pyrenoc. Cub. p. 393; *Verrucaria tropica* Ach., *V. Gaudichaudii* Fée. — B. n. 539 pr. p. (apothecia fere omnia simplicia).
67. *Trypethelium infuscatulum* Müll. Arg. Pyrenoc. Cub. p. 389. — B. n. 599.
68. *Melanotheca subsimplex* Müll. Arg.; thallus cum substrato maculam flavescenti-pallidam formans, laevigatus; apothecia pro majore parte simplicia, hinc inde nonnulla in compositum intime connata, illa $\frac{4}{5}$ mm lata, nanohemisphaerica, regularia, laevigata, primum thallinovelata, dein nudata et nigra nitidaque, apice minute umbilicata; stroma compositorum extus intusque nigrum; sporae in ascis 8-nae, 1-seriales, fuscae, $16-18\ \mu$ longae, $7\frac{1}{2}-8\frac{1}{2}\ \mu$ latae, more *Pyrenularum* regulariter 4-loculares. — Habitu cubensem *M. Wrightii* Müll. Arg. simulans, sed sporae multo minores et apothecia saepius simplicia, apice angustius umbilicato-ostiolata. — Apothecia saepe tantum confluenti-juncta aut solitaria et tunc potius speciem *Pyrenulae* nidigitant, sed occurrunt etiam vere composita, complexum intime paucilocularem constituentia, ubi loculi et ostiola magis inter se approximata sunt quam in variis *Pyrenulis*, quarum apothecia simpliciter confluenti-approximata sunt. — B. n. 546.
69. *Melanotheca cruenta* Müll. Arg. Pyrenoc. Cub. p. 397; *Trypethelium cruentum* Montg. Cent. Cryptog. 1. n. 30. — B. n. 539.
70. *Tomasellia aciculifera* Müll. Arg. Pyrenoc. Cub. p. 398; *Melanotheca aciculifera* Nyl. Pyrenoc. p. 71. — Malgrave River: B. n. 531. pr. p.
71. *Porina bacillifera* Müll. Arg. L. B. n. 539; sporae bene evolutae quam in specimine primitivo Pentzkeano crassiores, latitudine usque ad $4\frac{1}{2}\ \mu$ attingunt, at simul adsunt $2\frac{1}{2}-3-4\ \mu$ latae. Plantae ambae caeterum bene conveniunt. — B. n. 538.

72. *Porina Bellendenica* Müll. Arg.; thallus laete olivaceo-viridis, tenuis, continuus, laevis; apothecia e thallo emergentia, thallino-tecta, obtuse nano-hemisphaerica, apice ostiolo e pallido mox nigricante v. subnigro terminata, tota cum strato thallino basi fere $\frac{1}{2}$ mm lata; perithecium praeter partem apicalem quasi operculiformem undique fulvescenti-pallidum; sporae 8-nae, circ. 45μ longae et $2-3\frac{1}{2} \mu$ latae, 12—16 loculares. — Prope cubensem *P. pulchellam* Müll. Arg. Pyrenoc. cub. p. 400, ubi thallus alius, inserenda est. — B. n. 532.
73. *Pyrenula mamillana* (Ach.) Trev. Consp. Verruc. p. 13, Müll. Arg. Pyrenoc. cubens. p. 411. — B. n. 601.
74. *Pyrenula nitidans* Müll. Arg.; thallus fuscescenti-pallidus v.-albidus, tenuissimus, laevigatus; apothecia demum semiemorsa, thallino-velata, fusco-nigricantia; perithecium subglobosum, basi tenuius; paraphyses capillares, facile liberae; asci (4-)8-spори; sporae fuscae, $28-33 \mu$ longae, oblongato-ellipsoideae, utraque extremitate obtuse subapiculato-acutatae, loculi 4 subaequales, rhomboidei. — Extus fere *P. nitidam* Ach. refert et cum ea etiam forma et structura sporarum convenit, sed ab hac recedit apotheciis leviter minoribus, magis emergentibus et sporis majoribus. — A cubensi *P. ferace* Müll. Arg. distinguitur apotheciis non gregatim approximatis, magis thallino-vestitis et forma sporarum. — B. n. 531. pr. p., 543 pr. p.

Rathschläge für die Phytographen, insbesondere die Kryptogamisten.

Von P. A. Saccardo.

Meine ausgedehnte Erfahrung, welche ich bei der Ausarbeitung meiner Sylloge fungorum omnium gewonnen habe, brachte mir die Ueberzeugung von der Nützlichkeit, ja ich kann sagen, der Nothwendigkeit, bei der Beschreibung der Pflanzen gewisse nur zu oft vernachlässigte Regeln zu befolgen. Folgende seien hiermit empfohlen:

1. Es ist nothwendig, dass die Botaniker, welche neue Species vom morphologischen und biologischen Standpunkte aus mit minutiösen und sehr verwickelten Einzelheiten beschreiben, damit knappe und vergleichbare Diagnosen der Art oder Gattung (am besten lateinisch) nach den phytographischen Regeln verbinden. In der That ist es sehr schwierig und oft sehr unsicher, in der Menge von Einzel-

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Hedwigia](#)

Jahr/Year: 1891

Band/Volume: [30_1891](#)

Autor(en)/Author(s): Müller J.

Artikel/Article: [Lichenes Bellendenici 47-56](#)